

13.

Q. D. B. V.
DISSERTATIO MEDICO-CHYMICA INAUGURALIS,
DE
ARTE CHYMISTICA,

Qdam
FAVENTE SUPREMI NUMINIS GRATIA,
RECTORE HUJUS UNIVERSITATIS MAGNIFICENTISSIMO,
REVERENDISSIMO ET ILLUSTRISSIMO DOMINO,

DOMINO

PHILIPPO VVILHELMO,
S.R.I.COMITE de BOINEBURG,

SACRAE CÆSAREÆ MAJESTATIS CONSILIARIO INTIMO & CAMERARIO, nec non
METROPOLITANARUM ECCLESIARUM, MOGUNTINÆ ET TREVIRENSIS CA-
NONICO CAPITULARI SENIORE, & respectivè SUPREMO CHORI - EPISCOPO
EMINENTISSIMI PRINCIPIS ELECTORALIS MOGUNTINI CONSILIARIO
INTIMO, AC CIVITATIS TERRITORIIQUE ERFFURTENSIS
PRO - PRINCIPE &c. &c.

IN PERANTIQUA ELECTORALI GERANA,
CONSENSU ET AUTORITATE AMPLISSIONI MEDICORUM ORDINIS,
PRÆSIDE

Dn. LUDOVICO FRIDERICO JACOBI,

MED. DOCT. EMINENTISSIMI ELECTORIS MOGUNT. ARCHIATRO, PROFESSOR.
CHTMÆ FAMIGERATISSIMO ET FACULT. MED. ASSESSORE GRAVIS-
SIMO ORDINARIO, &c.

PRO GRADU DOCTORATUS

Summisque in Medicina HONORIBUS, IMMUNITATIBUS
INSIGNIBUS & PRIVILEGIIS rite capessendis,

Publico placidoq; Eruditorum Examini subjicit

CASPARUS WENCESLAUS KHALUS, Lignit. Sileſ.

& Practicus Lignicensis,

Die XIII. Octobris. Anno MDCCXI.

In Auditorio Majori, Horis consuetis.

Typis JOH. HENR. GROSCH. Acad. Typogr.

Chemia.

160,-20.

Chemia 2,-20.

DEO
OMNIBUSQVE
PATRIÆ PATRIBUS
FIDELISSIMIS
IN INCLYTA LIGNICENSI
REPUBLICA,

Submissa animi observantia æternum colendis

INAUGURALIA HÆC

consecrat

CASPARUS WENCESLAUS KHALUS,
AUTOR,



PROœMIUM.



Uanto plura lego, quanto inquiero
plura $\pi\epsilon\gamma\chi\mu\epsilon\alpha$, tantô plura invenio, quæ in prima mea sententia
me non modo confirmant, sed etiam
uberiore erga ejusmodi artem amo-
re capiunt. Quis enim tam di-
vinam Arthem non amabit, illi non
favebit, operam dabit, qui ejus utilitatem & verita-
tem novit. Illi quidem ignorant, qui metallorum trans-
mutationem, eorumque continuum motum negant, qui-
bus alius proponendus est nodus, quem instar Gorgiani
illius æternum enodare non poterunt, præcipue qui dicunt,
ferrum in Æs nunquam esse transmutatum: Sed expe-
rimentô jam docebo, quomodo natura hoc perficiat. Ac-
cipiant ipsi ferrum laminatum ignitum, que in \triangledown
vulgari dissolvant, ferrumque imponant, & videbunt
magnam non solum ferri partem deficere, sed etiam copi-

A 2

am

am pulvisculi rubri laminis adhærere, qui fusus fortius
igne verum cuprum est. Aliud adhuc experimentum li-
bens lubensque subjicerem, sed quia incredulitatem &
pertinaciam corum unum hoc satis superque arguit, in
illo acquiescam, neque de ferri in chalybem, neque plum-
bi in cuprum, uti nec stibii in plumbum eommutatio-
ne quid proferam. Ita homo in vermes, & terram con-
vertitur, Bos & vitulus in apes, Anas in ranas, ster-
quilinium in scarabaeos, Mulierum Menstruosarum ca-
pilli in aspides, nonnullæ herbæ putrefactæ, (quod mi-
rum est) in vermes, item ex herba Basilici scorpiones
generari usu & experientia compertum est, ex illius-
que odoratu istud insectum in cerebro ortum fuisse reten-
set Barthol. Pharmacopœum quendam sibi notissimum
scorpiones hoc artificiò ad suum usum parare meminit
Héferus in Herc. Med. Lib. II. c. i. Quomodo Angvillæ
ex rore producantur, piscinarum cultoribus notum est,
modum habet Tackius Phasi. III. p. 61. Sic quotidie
videmus herbas, carnes, frumenta, &c. converti in
chymum, chylum, sanguinem & carnem &c. Distin-
guendum autem est inter Artem veram & æternum, usum
& abusum: Perinde enim est ac si dicerem, in Chri-
stiana religione plurimi sunt haeretici, ergo illam vitare
debemus, vel in Medicinam multi irreperserunt sophistæ,
ergo nulla est Medicina. Sed quis non novit nullam ar-
tem esse tam sacram, tamque bene suis fundamentis
fulcitam, quæ non suas habeat simias? Vellem quidem
tantam rem ex principiorum arctiori connexione, ne
forsitan hiatus supersint, expedire, sed premor temporis
angustia: Selegi ideo gravem hanc materiam specimi-
nis

nis Inauguralis loco, summum implorans Numen, ut
benedictione ex alto meis subveniat ausibus, quo omnia
feliciter in sui Nominis gloriam, proximique salutem
eveniant!

§. I.

Hymiæ scientia, quam necessaria sit Medicico, quantamque in Medicina præstet utilitatem, ipsa docet experientia. Dicitur autem, chymia *από τῆς χύων*, quod sonat fundo, liquefacio, vel in liquorem ac succum reduco: unde *χυμός* succus, & *χυμία* ars succum faciens seu res solidas in succum resolvens. Sed per synecdochen partis difficilioris *καὶ εξοχὴν* sub solutione etiam coagulatio à Chymicis antiquis subintelligitur, unde tritum illud: Solve & coagula. Suidas & Cedrenus *χημεῖα*, nuncuparunt. Arabes præstantiam ejus notantes, addiderunt articulum AL. atque illam, Alchymiam, vel ut Cælius Rhodiginus Antiq. Le&t. lib. 7. cap. 2. Archymiam, quasi *ἀρχέεις χημεῖα* cognominarunt. Dicitur autem Ars Spagirica *ἀπὸ τῶν ἀπώλεων*, ab extrahendo & cogendo; nec non Separatoria, uti & YSOPAICA à lavando, sequestrando ac depurando.

§. II.

Est itaque Chymia ars beneficiô ignis separans
purum ab impuro, ad conficienda medicamenta tam
pro corporibus humanis persanandis, quam pro
metallicis ad summam perfectionem reducendis,
accommodata.

A 3

§. III.

§. III.

Nihil autem prohibet hominem ad Chymisticam Artem pervenire magis, quam pusillanimitas & impatientia. Clavis Philosophiae est hæc: Studiō rerum comparatur notitia; cognitionem subsequitur Amor, desiderium seu delectationem comitatur assiduitas: Frequens exercitium dat experientiam; hæc virtutem, hæc potentiam; hâc opus mirum perficitur in rerum natura.

§. IV.

Natura datur Cœli cum elementis in generatione omnium, quæ sunt exercitatio, quæ duplice perficitur instrumento, dispositione scilicet ac influxu. Natura materiam corrumpendo disponit ad potentiam formæ receptivam & cœlestium influxum.

§. V.

Forma est æthereæ regionis in elementarem actus & potentia: Per elementarē transmutationem, natura aptat ad invicem materiam, illi formam tanquam matrici semen includens; hujus virtute prægnans, veluti mater fœtum producit in actum specificum. Materiæ sunt quatuor elementa imprimis tamen ignis & aqua. Fac pacem inter inimicos & totum habebis Magisterium Chymisticum.

§. VI.

Elementa sunt 3plicia, nempe simplicia, composita & decomposita. Simplicia sunt, quæ nec corruptuntur, nec patiuntur compositionem: non ex his, sed per hæc omnia alia inferiora elementa vires

III. 2

vires suas exercent : quas etiam ab illis fortunatur. Composita sunt , quæ componuntur & corruptionem patiuntur. Decomposita , quæ jam in compositione per corruptionem conveniunt. Quicunque ergo hæc in illa , impura in pura, composita in simplicia noverit convertere , maximus erit Chymista , & mirandorum bonus artifex.

§. VII.

Corruptio Chymistica est totius à natura compositi in suas partes resolutio. Corpora naturalia in elementa & in 5tam essentiam , ex quibus constant resolvuntur : Elementa vero non repugnant θi, φi , & liquori, aëri enim semper liquori vel sulphuri mixtus reperitur. Nostra corruptio individua distrahit à suis speciebus ad suum genus : naturalis vero contra.

§. VIII.

Generatio dicitur ex occultatione manifesti , mox occulti manifestatio. Omnia enim corpora tribus dimensionibus concluduntur sc. altitudine manifestâ , profunditate occultâ , & latitudine has inter media : Sacrato hōc Ternario totus mundus ordine, numerō & mensurâ per unitatem construētus est. Rejiciatur binarius & ternarius, reducibilis erit ad unitatis simplicitatem.

§. IX.

Mineralia constant ex terra & aqua, & sunt vel lapides vel metalla vel media mineralia. Lapides ex multa terra & pauca aqua secundum magis aut minus

nus à natura conflati sunt, ideo non fusibles, sed potius igne friables: ad magis lucidos verò & diaphanos terra magis est depurata & clarificata. Metalla conflantur ex aquâ multâ in argentum vivum transmutata & paucâ terra in sulphur à natura conversa: hinc liquabilia. Occulta manifestis & hæc illis semper & in omnibus contraria sunt. Principia metallica triplici statu differunt, aut sunt *remotissima*, veluti terræ cum ∇ mixtura l. *remota*, prout vitriolum, aut sunt *immediata*, sicut argentum vivum & sulphur. Metallorum *forma generalis* æqualis est omnibus, & propter materiæ variam dispositionem in varias prorumpit formas specificas. Aurum est undique temperatum, unitum ac tanta perfectione compactum à natura, ut nulli igni artificiali cedat. Salamandra est Aurum per \pm purgatum.

§. X.

Omne decoctum naturaliter primo nigrum, secundo quidem album, tertio rubeum efficitur; qui postremus color est excessivus & à perfectione superabundans. Medium inter nigrum & album est pallidum, sicut inter album & rubeum perfectum majus est citrinum. Arte quævis & quorumvis elementa possunt ad temperamentum in unum reduci temperatum. Antimonium est marcasita plumbea. Vegetabilia vel sunt herbaria vel arboralia vel plantalia. Vegetabilia prout animalibus alimentum, non secus à sua corrupte materia per artem repurgata, medicamentum exhibent:

hibent : impeditur enim potentia formæ per materiam, illius actionem cohibentem. Excessus & defectus intemperiem causantes oportet suō contrariō, temperato scilicet ad æqualitatem reduci, quod nota tam in præparandis vegetabilibus medicamentis, quam ex animantium partibus tractis. Motus in naturalibus est triplex, corruptio, generans & animans.

§. XI.

Artificium Chymisticum circa tria potissimum versatur, utpote locum, instrumentum, & operationem. Locus duplex est, fornacum scilicet ac vasorum continentium ipsam materiam. Instrumentum etiam duplex, ut ignis corruptio & ignis generans. Pariter & operatio duplex, Solutio & Congelatio. Solutio est vel calcinatio vel destillatio, quam Philosophi separationem propriè dicunt, vel sublimatio, quæ fit per clausum vas reverberatorium, duobus vasis fictilibus ingenti luto conglutinatis, per fornacem reverberatoriam: vel putrefactio, quoniam corpus siccum sua rursus adspersum ∇ plurima, duplice cucurbita clauditur & in acediæ furno ponitur vel MB. clauso. Quod si corpus aqua pauca fuerit imbutum vel saltem pauciore, per idem artificium congelabitur, humidum vincente sicco, & sic est congelatio.

§. XII.

Circulatio autem est, dum humidum saepius destillatione rectificatum & rarefactum in duplice vase Vitreo vel Pellicano reconditum, suprema

B

parte

parte vasis extra furnum eminente, lento quidem
igne tam diu sollicitatur, donec amplius non ascen-
dat aliquis vapor, sed in fundo maneat fixus. Quan-
to simplicior est medicina, tanto vehementior est.

§. XIII.

Chymistæ corpora physicō modō miscent spi-
ritibus, ut similia similibus allicitant, quō factō, cor-
pora tanquam inepta prorsus ad medicinam, rejiciunt.
Summis laudibus vires olei vitrioli philo-
sophici, etiam supra ȝtam vini essentiam extollunt,
non secus ac istam, dicunt illud omnium tum corpo-
rum, tum spirituum, quibus adjunctum fuerit, vi-
res ad se trahere. Idem cum ▽ sampsuchi, buglos-
si vel melissæ capitis dolores & vertiginem curat,
cum ▽ rosac. febrem continuam, cum ▽ fuma-
riæ, Myrobalanis quoque conditis, malam scabiem,
cum ▽ acori vel fœniculi restituit memoriam la-
bilem: cum ▽ Endiviæ renovat hominem altera-
tum, cum vinô malvaticō per octo dies adhibitum,
obstructionibus prodest, calculum pellit & sanguinem purificat;
cum ▽ plantag. fluxum ventris re-
stringit, cum ▽ agrestæ curat omnes morbos post
evacuatū corpus, cum ▽ vitæ corpus purgat,
cum. sem. lactucæ vel pap. somnum excitat, cum
▽ nymphææ rabiem & insaniam, cum ▽ absinth.
venenosos morsus, cum ▽ bugloss. vel borrag.
melancholiæ pellit, cum ▽ mentastri, salviæ vel
hyssopi, paralyzin curat, cum ▽ cydonior. vomi-
tum restringit, cum ▽ rutæ agrestis lethargum;
cum ▽ raphani & tribuli marini pellit calculum &

ob-

obstruetos renes aperit , cum ∇ fœniculi omnem
oculorum debilitatem, cum ∇ trifol. diversos mor-
bos internos, cum ∇ plantag. vel bursæ pastor.
vomitum in phlegmatico restringit, cum ∇ adian-
thi & hyssopi, catarrhum, tussim, cum ∇ basili-
conis tremulos , cum ∇ plantag. morbum latera-
lem, cum ∇ capilli ♀is, pleuresin, cum ∇ men-
thæ stomachum debilem , cum Tamarindis Lieni
prodest, si cum felle bovis illinatur, confert mem-
bris resolutis &c. Dof. robust. gutt. iij. ad iv. vel
vj. in debilibus cum sudore & jejunio 4. hora-
rum.

§. XIV.

Quoad destillationem per descensum. & quod
rumvis animalium ossa, lignorum ut Guajaci, ju-
niperi & baccarum ejus, hederæ, fraximi reliquo-
rum quoque solidorum fragmenta, ponas in cu-
curbitam terream inversam , suo operculo etiam
terreo clausam atque lutatam cineribusque sepul-
tam, ut non videatur &c. Vini spiritus scilicet
quinta essentia à suo corpore tractus & omnino
separatus , per continuum circulationis motum
potestate habet extrahendo quosvis alios spiri-
tus à suis corporibus , tam vegetabilibus , quam
mineralibus ac animalibus per solam infusionem.
Activa separata à suis scilicet elementis passivis
agunt in quodvis compositum & illud per spiritus
agentis acuitatem solvunt , ab eoque spiritum se-
gregant per symbolizationem : quoniam similia

similibus attrahuntur, non impeditis, & spiritus appetit naturâ propriâ liberari â vinculis corporeis ac ad suam originem redire, vel sibi simili copulari. Consideratâ igitur natura simplicium & mineral. & animal. vires eorum â suis corporibus separa & ægris pro cuiusvis morbi ratione propina.

§. XV.

Omne metallum, quod igne consumitur, evaporatione destillatur, si per se possum fuerit in potia vel cucurbita \forall ea per Δ liquefactiones longissimé continuatum: NB. hæc \forall io ad aliud melius opus usui potest aliquando venire, si sapis. Balsamo veneni venenum pellitur, non veneno. Vegetabilia succulenta it. carnem sangvinem animalium pone in cucurbita vitrea & ex MB. vel cineribus destilla primo lentè, & igne 1. gradus, ut inter unam atque alteram guttulas 24. numerare queas, & hoc, donec decima pars liquoris ascendat, tunc amove recipiens & alterum admove: nam solet, quod Phlegmosum est nulliusq; valoris, in omnibus, præterquam in vino prius ascendere. Dde da secundum gradum, ut intervallum duarum guttarum sit numerus duodenarius &c. \circ rectifica vel aqua propria vel aqua \forall ta digerendo & redestillando, deinde insola in ampulla vitrea papyro perforata clausa, vel hyeme per calorem aediosi furni minimum. Seminum siccorum contusorum pulverem adsperge aqua fontana, \forall ta in cu-

cucurbita vitrea non lutata & in furno super pin-
naciaea ea collocata , ut galea sola promineat ex-
tra furni operculum , igne lento destilla aquam
cum oleo mixtam , donec arefiat pulvis , tunc
iterum madefiat , si opus est auge ignem , hoc sæ-
pius repetatur , donec nullum amplius cum aqua
fluat oleum. Thus , myrrha , ladanum , styrax
calamita , mastix , gummi juniperi , camphora ,
trita ponantur in aquam destillatam simplicem ad
infusionem , sub terra , loco perquam humido
per aliquot dies & cum resoluta fuerint , Q^utur ut
semina sicca. Melli , ceræ , terebinthinæ & resi-
næ in cucurbitam altam positis super imponen-
di sunt calculi fluviales puri , qui spumam deti-
neant , & sic igne mediocri procedendum est , do-
nec liquores effluant : solet primus albescere , quia
phlegmate permixtus est , secundus flavescere ,
tertius rubet , quia vires habet magis igneas. Lon-
ge majori fructu quam oleum post calcinationem
destillatur vitriolum crudum in novem cucurbitis
totidemque galeis vitreis , reservando ad ejus in
phlegmate delitescentem , id quod fit cohabatio-
nibus , ut habetur apud Theophrast. Potest nihilo
minus oleum simul , aut separatim , ex capite mor-
tuο ad multas ægritudines elici. Commissuræ
vasorum pulibus ex ovorum albumine farinaque
subactis obstruantur.

§. XVI.

Natura naturam sibi similem appetit & con-
gau-
B 3

gaudet suæ Naturæ; si aliena jungatur, destruitur opus naturæ. Natura triplex est, Universalis, Particularis & Mixta. Universalis natura convenit omnibus & per omnia. Particularis sibi simili convenit. Mixta natura magis materiæ spirituique minus convenit, quapropter impedite dici potest agere. Ex hac tota Medicina seculi nostri dependet. Cœlum vocatur à Philosophis Medicina, quinta Essent., quia non aliter agit in corpora nostra, quam cœlum in inferiora, tum etiam, quod incorruptibilis naturæ sit respectu corporis, à quo sumpta est, sicut Cœlum respectu elementorum. Sunt enim elementa per se mortua, quæ nisi vivificantur ab anima vel spiritu mundi, nihil producunt.

§. XVII.

Generatio vegetabilium & animalium fit per medium aëris liberi, metallorum vero vasis undique clausis: nam si pateret vaporibus metallicis exitus, nunquam congelarentur in metallum, sed evanescerent in auras: hinc anima in metallis magis est penetrativa, quam in animalibus & vegetabilibus. Generationis beneficium cœlo debetur, non elementis. Quicunque igitur negat talem medicinam dari posse, quæ valeat incorruptibilitate suâ quamvis corruptionem indifferenter corrigerere, cœlum inferiora sustentare vel gubernare negat.

T A N T U M!



COROLLARIA.

I.

IN Chymicis rebus speculationes meras absque Praxi percepta in lucem dare, idem est accœcum de coloribus velle definire.

II.

Chymica Medicamenta optima sunt, à perito Chymico parata & in manu ejusmodi sapientis omni carent periculo.

III.

Medicamenta ex Regno Minerali parata longè efficaciora sunt, ipsis ex Regno Animali & Vegetabili confectis.

IV.

Metalla sunt ejusdem Originis seu ex uno semine ortum habent, tantum majori minorique maturitate invicem distincta.

V.

Metalla imperfecta naturalem dispositionem habent ad formam metallorum perfectorum capessendam nam omnia hæc à natura ad Aurum sunt ordinata.

VI.

Metalla æque vim crescendi & se multiplicandi divinam inditam primitus habent.

VII.

VII.

Metalla omni ex unâ radice & semine originem
habent, & sunt consanguinea teste Comite Trevisano,
unumque ex alio exsurgit, nam primum fit Plum-
bum, deinde Stannum, post cuprum & tandem Au-
rum.

VIII.

Metallorum principia sunt Θ , Δ , & χ , in qua
ultimo quoque & proximè resolvuntur: nam ex quo
aliquid proximè est, in illud etiam proximè resolvitur.

IX.

In transmutatione metallorum unum veram ex-
perimentum plus valet quam centum rationes.

X.

Transmutatio Metallorum est possibilis, cum na-
tura semper intendat perfectius, & omnia Metalla in
Aurum essent deducta, nisi impedirentur & nimis ma-
ture ex fodinis ad usum specificum certum erueren-
tur,

XI.

Praxis Chymistica vera consistit in χii Philosopho-
rum præparatione, & Elixir, seu Medicinæ compo-
sitione.

